



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Caput III. Expostulationibus Baronii in loca, quæ de Religione, & ejus partibus ab Amadæo depravata jactat, satisfit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

ius recuperanda. Quod est apertissimum illam dexteram (quod ab aliis etiam exoptat Amadæus) cum Cajetanus iussa ad mille post annum solvendos minoris summa posse sentiat, licet debitum liquidissimum sit, & ab aliis difficultate et exigibile, quale non esset, si pecuniam amittendi sortem, vel saltum expensarum, in recuperando daretur.

Libuit hunc assuere querelam aliam Baronii, fol. 10. licet ipse in syllabo contra Amadæum non exempli; ait enim illum: *Fraude punienda invertisse* ius Cajetani (verb. *Emptio*) *qua resert continuata serie,* quod sit habent apud Cajetanum; *cum tamen prima aut* nulla postrem loco reponat, *& ultima primo aut medio,* ut inveniatur, *posse extra usura virtum redimi minoris à vendi-* me, *quod pluri eidem vendiderat.* Fateor Amadæum dicitur gratia non tam Cajetanum formalia verba, & ordinem obseruisse, quam legitimum, & genuinum eum sensum, qui ut supra expositus, in illis contineat, nec invitus Cajetanus propinat. En eius verbo: (Quarto (emptio est illicita) ex pacto de revendendo, si pretium, quo emitur minus est, quam revaleat; habet enim speciem mutui palli at sub nomine emptionis. Unde si pretium est justum, contractus licitus reputatur, & communiter fit.) Cafus est. Mercator vendit merces pretio iusto credito, compacto de revendendo, quas potest ipse emit. Hinc emptionem, dicit Cajetanus, fieri illicitam ex pacto de revendendo, si pretium, quo res emitur, minus est, quam res valeat, sive rō pretio iusto ematur, contractum esse licitum. Hic est apertus verborum Cajetani sensus. Quem propterea sic expedit Amadæus dicens, Cajetanum tesere, quod quando renderit aliquid cum pacto de revendendo, si pretium est iustum, contractus licitus reputatur, & communiter fit, si pretium quo emitur, minus est, quam res valuit. Expendat lector, an Amadæus sententiam impoluerit Cajetano? An eam, quam ipse docet, ei attribuerit? Licet verborum ordinis non nil transmutato, ut sensus magis innotesceret. An denique ab invito eliceretur, posse circa usuram virtum redimi minoris à venditore, quod pluri eidem vendiderat? Iuum pretium est iustum, ait Cajetanus, contractus licitus reputatur, potiusne clarius dicere? Nulla ergo punienda fraude hic intervenit.

CAPUT III.

Expositulationibus Baronii in loca,
qua de Religione, & eius parti-
bus ab Amadæo depravata jactat,
satisfit.

Pag. 201. *Falsata loca D. Thomæ, D. Antonini, Paludani, & Sylvestri de Horis Canonici.*
Pag. 203. *Soto Pag. 204. Iterum Sotus male citatus.*
Pag. 208. *Falso accusatus D. Thomas de Sacramento Matrimonii.*
Pag. 212. *Enormiter truncatus D. Thomas de intentione Ministri Sacramenti, & illatae calumniae plures de Martyn Baptismo, & de Ordine Episcopatus. Item pluri calumnias aspersi, Paludanus, Tabiena, Cano, Cajetanus.*

Pag. 222. *Enormis impostura ex Opusculo suppositio truncatis.*
Pag. 232. & 233. *Horribilis corruptela deincestu, & deſſe-
ciebus, & circumstantiis peccatorum confitendis.*
Pag. 244. & 245. *Mala fide citati de jure eligendi confes-
sarium Cajetanum, Serra, Sotus, & Sylvester.*
Pag. 253. *Calumnia in D. Thomam de institutione Eucha-
ristie.*
Pag. 254. *Alia calumnia in D. Thomam de confessione fa-
cta Lajico.*
Pag. 257. *Alia in Cajetanum captata accusatio de confes-
sione primitenda ante Communionem.*
Pag. 260. *de Sacramento, & de Sacrificio Missæ D. An-
tonius, & Sylvester falso citati.*
Pag. 268. *Male Cajetanus citatus de simonia.*
Pag. 270. *Perperam accusatus Sotus.*
Er pag. 271. *Falso explicatus à Sanchez & Amadeo.*
Pag. 274. & 275. *De censuris Cajetanus falso citatus de excommunicatione inferentis manus violentas in Cle-
ricum.*
Pag. 281. & 282. *De sollicitantibus mala fide relatus Serra.*

Horrore lectori tot citationes falsitatis inculcatæ inveniuntur, si Baronii ubique mala non esset fides, ut in sequentibus demonstrabo.

§. I.

Falsata ab Amadæo D. Thomæ, D. Antonini, Paludani, & Sylvestri loca, expositular Baronius, fol. 201. Loca, scilicet, de Horis Canonici, eo quod Amadæus in tract. de Horis, prop. 1. eos adduxerit pro opinione afferente, Beneficiariorum, qui Officium Divinum voluntariè distractus recitat, satisfacere præcepto, hoc est, non peccare mortaliter, licet interius divagetur. Verum cum Amadæus nullum eorum locum referat, sed aliena fide Illustrissimi, ac Rever. P. M. Acacii de Velasco, ex Ordine Prædicatorum, Episcopi Oriolensis, & Rever. P. F. Leandi à Sacram. Ordinis Excalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, Ministri Generalis, prædictos Authores aducat, non alia quam Baroniana fide dici potuit, eorum loca ab Amadæo fuisse falsata. An ab Acacio, & à Leandro? Non credam. Et ne dubia quidem fides Baronii maneat; vidi Sylvestrum, quem se etiam prælegisse jactat (quod miror) & in illo clare reperio præfatam opinionem, tum ab ipso, tum à D. Thom. & à Petro de Palude traditam. En eius verba ex editione Antwerpensi, anno 1569. verb. *Horæ undeci-
mo quæsto, num. 3.* (Hoc præceptum (inquit re-
citat Horas) quidam sic intelligunt, ut sub præ-
cepto sit dicere devotè, & studiose, ut devotio ad
intentionem, studiositas ad modum dicendi referatur. Sic sensus supplementum, sed male, quia attente orare in Horis Canonici, non est de jure divino, ut
credit, sed positivo, quod ius positivum ad interiora
non se extendit per se, sed tantum in quantum colli-
gantur exterioribus, ad quæ se extendit, secundum
mentem D. Thomæ, & Petri de Palude, & commu-
nicant Doctorum. Unde præcipiendo exteriora, præ-
cipere potest interiora, sine quibus illa esse ne-
queunt; sicut præcipiendo accessum ad Missam,
præcipi velle accedere, &c. Alii verò dicunt, quod
sub præcepto ibi cadit Horas dicere; cetera ve-
rò, quæ in devotione consistunt, suadendo dicun-
tur, &c. Quem sensum videtur habuisse Hostiensis,
Arch. & Summa Rosel. Sed isti licet verum dicant
(attende)

(attende) quantum ad hoc, quod attentio non est sub præcepto; non tamen quantum ad hoc, quod ea qua in devotione consistunt, suadeantur tantum, &c.

Et ideo dico ex mente D. Thomæ, & Petri de Palude, quod ibi præcipitur devotio quantum ad actum exteriorem, ut non dicantur Horæ operando manualiter opera impertinentia, aut confabulando, aut notabiliter syncopizendo, & faciendo hujusmodi, que hic reprehenduntur. Et similiter quantum ad actum interiorem, sine quo iste exterior haberi non potest, cujusmodi est ueste satisfacere præcepto Ecclesiæ, & psallendo ueste abstinere a prædictis; non autem attentio, sine qua prædicta esse possunt.) Quamvis autem sub præcepto Ecclesia attentio interior non cadat, subnecit, & bene Sylvester ex Petro de Palude, voluntariam distractiōnem interiorem absque veniali non evenire, quod alii Authores non negant. (Requiritur tamen, inquit, quod mens ad officio scienter non distractur, &c. Evagatio autem advertenter secundum actum interiorem solum, licet sit temeraria, & gravis forte, non tamen est mortale, nisi propter contemptum, quia Ecclesia non habet judicare de actibus interioribus iuris.

Sic Sylvester, qui hanc sententiam à Petro de Palude, & à D. Thomæ traditam asserti, dicens: (Sanctus Thomæ prædictum intellectum Petri de Palude dedit eadem distinctione per haec verba: Quando quis mentem ex proposito distractus ad alia in orando, sine culpa non est, præcipue si in aliis se occupat, quam mentem distractur, &c.) Si autem sine hoc quod percipiamus, mens ad alia evagetur (attende) vel culpa caret, vel minima erit.) Hæc ex D. Thomæ, Sylvester, cum Petro de Palude. Ex quibus apertissimè habemus, non peccare mortaliter Sacerdotem, aut Beneficiarium, qui voluntariè distractus recitat. Qua ergo fronte dixit Baronius eorum loca fuisse fallata ab Amadæo, cum nec ipse referat, & alii quorum fide adduxit, expressam eorum sententiam tenuerint?

His non contentus calumniis Baronius, alias eu-mulat, dicens: Amadæum prædictam opinionem tutam facere: (Addito rot testimonio isto arguendo, Ecclesia non potest præcipere actus internos qualia est attentio mentalis: ergo etiam de se, nil peccat, qui pensum Horarum solvit, & officio vaga mente industriare recitato, fructus Sacerdotii suos facit.) Verum Amadæus tale argumentum non addit, nec ipsum meminit, ut videre quisque poterit, tract. de Horis, prop. 1. Fingere voluit hōtem Baronius, quem impugnaret; non tamen indiguit, cum apud Sylvestrum, si legisset (ut jactat) facile invenisset; licet, & huic etiam consequentiam, quam non deducit, imponat, quia non infert, nil peccare, sed non mortaliter, aut sub disjunctione cum D. Thoma: Vel culpa vacat, vel minima erit. An Baronius è regione his opponatur? Docti judicent.

S. I I.

LQcum Petri de Soto falsarum, conqueritur Baronius, pag. 203, dicens: Amadæum illi impossuisse, omittentem Officium Divinum, nisi in personam ei à Prælatis imponatur, non teneri per se ad restitutionem fructum. Sed causa homo cadet. Adduxit Amadæus formalia verba Petri de Soto, id assertis, in lectionibus de institut. Sacerdot. tract. de vita Sacerd. lect. 4. pag. 385. in editione Lugdunensi,

anno 1586. Nec eius verba Baronius inficiantur. Authorem non legere, quia Petrum de Soto confert Amadæus, isti attribuit dicens, calumniam. hoc statut; omisso penit. horario, non esse anno Bp. cii proventus restituendos, si implera fuerint alia verba, & munera adiuncta Sacerdotio, præter perfumum fumum, pensandum. Hæc Baronius, sed non ex Petro, sed ex Dominico de Soto, qui libros de Justitia in questiones, & articulos digesti. Petrus vero in status, & lectiones, in quibus nec verbum limitauit sententiam, quam ex illo Amadæus addidit.

Magistrum Dominicum de Soto male alibi citum ab Amadæo, tract. de Horis, prop. 1. non potest cum illi Baronius, pag. 204, ex eo quod distinxerit Sotum putasse probabile circos, aut incolas caligantes, ut legere nequeant, non tenet recitare, licet Horas memoriter proferre possint. (Quodquidem tenacitas illa memorie accidentia it, sed certius esset, quod se obligatis sentirent.) Haec Sotis verbis duces praefatam sententiam ab eo probabilem judicari, scripsit cum aliis Amadæus, a jure? Docti judicabunt, sicut & de titulo, quod Amadæum carpit ex hoc capite. Baronius dicens: Sed nullus hic finis falsitatum est, exoluit ab his iuris, qui legere nequeant, licet memoriter possint Horas recitare, & eius indulgentia Sotum falso auctoritatem ad Amadæum non exoluit, sed exolventest enim: sicut aliarum opinionum Authores.

S. I I I.

DIV. Thomam de Sacramento Matrimonii fallaciam, condolit Baronius, pag. 201. conmirum, quod Amadæum tract. de matrimonio, prop. 1. ad exculpidos M. Sotum, & unum, velut terum ex Thomistis, quos (est) cum formalia sequitur est P. S. assertentes non esse mortale acceptum per procuratorem Sacramentum Matrimonii acceptum mortali, dixerit eorum assertum sententiam opinioni aliquorum ex antiquis, qui sententiam Matrimonii Sacramentum non conferre gratiam, quam probabilem judicasse videtur D. Thomas, cum contrariam, quam sequitur, probabilem vocent. Juxta communem Theologorum moralium axioms, nomina hæc comparativa exponens. Amadæum verare referre non iudicatur Baronius, sed male irrecent, quia probabilior, & probabilitate, & reguli modi verba, secundum regulas D. Thomæ interpretanda, inquit, sunt, adversative, non comparative. In quam ergo expositionem, ubiquevenient, nisi alibi nomen istud probabilior comparative acceptum apud D. Thomam inveniatur. Sed iuxta substantiam materiam adversative tantum usurpum habens significat, et sententiam hæreticam, ne ut probabile quidem, etiam ante rei diffinitionem à D. Thomam iudicata, concedat. Quia in posteriori solutione vindicari poterunt Doctores alii, quibus absurdissimæ sententiae imputari solent; eo quod contraria, quam sequuntur, modestè fuisse probabilem dixerint, cum omnino certam vocalis debuissent.

S. I V.

ENormiter truncatum D. Thomam de intentione Ministrorum Sacramenti, lachrymatur Baronius, pag. 212. An jure? Doctos judicesset, dicitur.

plus causa merita expenderint. Iḡt̄ Amad̄eus, pr̄t̄ de marimon. prop. 2. num. 10. duo Angelici Pr̄ceptoris ad ducit loca: Alium ex 4. sent. diff. 6. quest. 1. art. 1. Alium ex 3. part. quest. 6. 4. art. 8. ad 2. In quibus Angelicus Doct̄or pl̄ne afferentur opinioni afferentum, deficiente intentione in baptizantem puerum, Deum eam supplere, quantum ad ultimum effectum, conferendi scilicet gratiam, & salutem. Hanc opinionem cum referat Amad̄eus locis citatis tradidit. Ex primo ex Sententiaris, h̄c solum excerpta verba: (si def̄t mentalis intentio in baptizantem puerum, p̄e creditur quod summus Sacerdos, scilicet Deus, def̄tum supplet, & salutem ei conserat.) Quidam dicunt, quia libros sententiarum juvenis D. Thom. scripsit, subiecte Amad̄eus immisit. (Quod iterum tradit 3. part. quest. 6. 4. art. 8. ad 2. dicens: Quidam dicunt quod requiritur mentalis intentio in Ministri, qui si desit, non perficitur Sacramentum, sed hunc defectum in pueris supplet Christus; in auctoritate cuius intendant Sacramentum suscipere. supplet alio def̄tum fides, & devotione: Sed hoc satis posset dici quod ad ultimum effectum, qui est iustificatio a peccatis, sed quantum ad characterem, non videtur per devotionem accidentis posse suppleri.) Haec tenet D. Thomas, quibus tam in uno, quam in altero loco, aper- te contenti afferentium, deficiente intentione Ministri, Deum supplere defectum, quod ad ultimum effectum, conferendo pueris gratiam iustificantem: quod ex D. Thom. discipulis etiam defendunt M. Paludanus, M. J. Bellus, M. Bartholom. ab Angelis, M. Zanard. & M. Vigerius, quos refert Amad̄eus, tract. de Baptismo, prop. 2. num. 11. in edition. Matri. anno 1654. Quorum opinio facit etiam alia quidem D. Thom. in 4. diff. 2. 4. quest. 1. art. 2. quest. 2. ubi dicit: Quod si quis, non baptizatus Ordinem Sacerdotalem suscipiat, (Non est Sacerdos, nec confidere potest, nec absolvere in foro penitentiali, &c. Sed tamen per credi potest, quod quantum ad ultimos effectus Sacramentorum, Summus Sacerdos suppleret defectum. Quod igitur in hoc loco de absolutione a non Sacerdotet tradit, id ipsum de Baptismo a non habente intentionem baptizandi, p̄e credendam afferit, id est, nullib⁹ Sacramentum confici, & utrobius Deum gratiam iustificantem conferre: sic in editione Vetera, anno 1593. His positis.

In quo ergo enormis illa D. Thom. truncatio? Excepsit ab ipso Baronio supra ubi in Amad̄eus sic invehitur. (Divo Thom. instruit insidias ex 4. sententiarum diff. 5. (6. voluit dicere) art. 2. ubi refutans aliorum opiniones, sic pr̄fatur: Quidam dicit, si def̄t intentio mentalis baptizandi puerum, p̄e creditur, quod summus Sacerdos, scilicet Deus, def̄tum supplet, & salutem ei conserat. At Amad̄eus, puniendo fraude, erat primis verbis: Quidam dicit, reliquiasfer, quasi dicta à D. Thom. ex propria mente, si def̄t intentio baptizandi pueri à Deo. Nec contentus impegne in hunc errorem, adiungit alterum de Baptismo Martyrii.) Multa hic ad trutinam vocanda: Primum, quod Baronius auctor fuisse dicere errorem opinionem, quam D. Thom. mas fuisse, 3. part. quest. 6. 4. citata, verbis supra illatis. Secundum, quod illorum ex industria meminisse voluerit, cum apud Amad̄eus legisset: eo quod in illis non def̄derentur ea verba, Quidam dicit: quibus non obstantibus, ex propria mente, eorum opinioni suum suffragium D. Thomas adjunxit, & suppleri intentionem Ministri, quoad ultimum effectum gratiae iustificantis admisit. Nil ergo in D.

Thomam peccavit Amad̄eus, ex eo quod in loco ex Sententiaris verba illa, Quidam dicunt, omiserit, cum in alio ex 3. part. exp̄s̄erit, & nullib⁹ opinionem impotuerit, sed quam D. Thomas utrobius amplexit, deponit.

Sed ut loco benefici reponat Baronius, quam e- normem truncationem incaute vocavit; Duplē solutionem, loco citato, ex sentent. diff. 6. art. 2. adhibet D. Thomas secundo argumento neganti necessitatem intentionis Ministri. Aliam deficiente intentione baptizantis, Deum conferre gratiam iustificantem; Ministru verò non confidere Sacramentum Baptismi. Aliam, & gratiam conferri, & Baptismum confidere. Ex his duabus solutionibus primam utramque juxta eius mentem esse, non dubitari. Quashic per extensum referre cogor, ut Amad̄eum apertissimè vindicem ab impostura opinionis, quam errorem vocare, Baronius non timuit.

Argumentum igitur, quod ibi secundo sibi objicit D. Thomas, ejusmodi est: Intentio hominis non est alicui certa, nisi sibi; si ergo requiratur intentio ad Baptismum, non erit certum de aliquo, quod sit baptizatus, nisi apud eum, qui baptizavit. Et hoc est inconveniens, quod homo sit in tanto dubio salutis. Huic igitur argumento duplē solutionem supra expositam tradit D. Thomas, his verbis: (Ad secundum dicendum, quod ad hoc, secundum diversas opiniones, responderet. Quidam dicunt, quod si def̄t mentalis intentio in baptizante, non confert Sacramentum Baptismi; tamen in adulto suppleret fides, & devotione defectum Baptismi, ut periculum ex hoc, baptizato, qui ignorat intentionem baptizantis, non proveniat, si autem puer, creditur p̄e, quod summus Sacerdos, scilicet Deus def̄tum supplet, & salutem ei conserat, &c. Alii dicunt, quod in Baptismo, & in aliis Sacramentis, quae habent in forma aetum exercitum, non requiruntur mentalis intentio, sed sufficit expressio intentionis per verba ab Ecclesia instituta, & ideo si forma servatur, nec aliquid exterius dicitur, quod intentionem contrariam exprimat, baptizatus est.)

En D. Thomas dupli solutione, secundum diversas opiniones, responderet, & utriusque adharet, & forsitan magis secundæ, cum secundo loco reponat. Amad̄eus verò obsequi ergo primam tantum memoravit, ut diffiantorem ab hæc in Concilio Tridentino, sess. 7. canon. 11. damnata. (Si quis dixerit in Ministris, dum Sacraenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.) Certissimum enim est huic Tridentini definitioni minus repugnare afferentes, deficiente intentione Ministri, Baptismum non confidere; Deum verò eius defectum quantum ad ultimum effectum gratiae iustificantis suppleret; quam qui & Baptismum etiam confici afferuerint. Hanc enim doctrinam gravissima censura Doctores inurunt apud Amad̄eum in edit. Matri.

Hæc igitur cum sic se habeant, cur tantus Baronio in Amad̄eum stomachus? Cur D. Thom. auctor insidias instruere dixit? Cur pag. 217. illum iterum carpit, dicens: Adversarii calumniam deteximus revera severissimè captigandam, nisi atroc scelus magis supplicium efficeret quilibet pena a nobis depositenda: imd Deum preciamur, ut quas commeruit, condonet. Quorsum hæc Baronio? Quod Amad̄eus D. Thom. sententiam referens ex dupli loco, alio ex Summa Theologica, alio ex Sententiaris, verba illa. Quidam dicunt, in uno suppresserit, tanto supplicio dignus

dignus est. Hæc cinea est calumnia severissimè castiganda? Hoc etatrox scelus? Apage.

Adde Baronium, solutionem, quam Amadæus D. Thomæ attribuit, non calluisse, nam cum primam, ut vidimus ex scriptis, falso illi imponit, in patrum secundæ D. Thomam advocasse, nimis rurum afferentis Deum supplere intentionem. Ministri ad validum Baptismum necessariam, ideoque Baptismum confici, licet intentione baptizandi deficiat. Si Amadæus, inquit, fides illa sit, ipse D. Thomæ non omnino certus figit pedem, sed in hoc luctuoso titubat, & cadit, cum supplementum aliquod intentionis ad validum Baptismum necessariæ repetit à Deo Summo Sacerdote. Sed deceptus est Baronius, quia, ut ex dictis apertissimè constat, in illa prima solutione, quam D. Thomas admittit, & ei Amadæus attribuit, supplementum intentionis ad valorem Baptismi necessariæ, non à Deo repetit, sed solummodo ait, Deum supplere defectum intentionis, quoad effectum ultimum, id est, non confici Baptismum, Deum verò gratiam justificantem, non baptizato ex misericordia conferre. Hoc piè credi posse in prima solutione D. Thomas concedit. An verò in secunda, quam consulto prætermissit Amadæus, quod ei imponit Baronius, contingat? Doctores judicabunt. Secunda enim solutio fuit ad conficiendum Baptismum, non requiri intentionem Ministri, sed sufficere expressionem intentionis per verba ab Ecclesia instituta, dum nil exteriorum dicatur, quod intentionem contrarium exprimat. Video hanc solutionem (quam iterum tradit 3. p. quest. 64. art. 8. ad 2.) Baronium errorem appellasse, dum ab Amadæo confitam censuit, dicens: Nec contentus impiegis in hunc errorem, adjungit alterum de Baptismo Martirii. Ideo D. Thomas alter, ac verba sonant, explicandum censeo cum Cajetano, & Soto apud Amadæum omnino videntur in editione Matritensi, tract. de Baptism. prop. 2. num. 10. fol. 235.

§. V.

Expostulat etiam Baronius, ubi *supr.* (sed præc. Ep. p. 218.) de pluribus illatis calumnis D. Thomæ, de Martirio Baptismo, & de Ordine Episcopatus. Quoad martyrum verba nuper relata apud illum reperio, quæ non satis capio; quia nec Amadæus putat errorem, nec D. Thomas quidquam imponit. Ejus enim formalis verba adducit ex 3. part. quest. 66. art. 12. ubi martyrum sine charitate non habere rationem Baptismi afferit. Ad secundum dicendum, quod effusio sanguinis non habet rationem Baptismi, si sit sine charitate, ex quo patet, quod Baptismus sanguinis includit Baptismum flaminis. Hæc D. Thomas, quem Amadæus exponit de Baptismo sanguinis adulorum: nam patvulorum, ut Sanctorum Innocentium, certum est non includere Baptismum flaminis, ut potest carentium a fidei, & dilectionis. In quonam, rogo, illata D. Thomæ calumnia? Ni forsitan in eo contendat, quod Amadæus inquirat: cur adulti non disponantur sufficienter per attritionem ad Baptismum sanguinis, sicut & ad Baptismum aquæ? De hoc autem merito dubitavit, sicut & pluris alii, qui contra D. Thomam attritionem, sufficientem dispositionem putarunt, inter quos M. Serra, tom. 1. de Sacr. quest. 66. art. 12. dub. 1. fol. 183; cuius verba adducit Amadæus in edit. Matrit. tract. de Bapt. prop. 2. n. 15. in fine.

Quoad Ordinem Episcopatus, ait Baronius *supr.* pag. 218. Venenosa magis est accusatio, quæ nolit D. Tho-

mas nullam conferri gratiam conferatis Episcopis, sed non calumnia est. Verum Amadæus, trah. de mar. prop. 1. num. 6. ubi rem hanc attigit, id à D. Thomas dicitum non afferit, sed vi consequitur deducatur ex eius opinione ibi relata; scilicet, quod Episcopatus non est Ordo. Ecclerum: Episcopatus non est Ordo, secundum quod Ordo est quoddam Sacramentum Episcopatus verò esse Ordinem distinctum à Sacramentis. Imò (& quilibet horum durus ordinis Petrus de Soto apud Amadæum. An vero negat, & affirmata sola extensio charactere Sacerdotii in consecratione Episcopi, non confitit, novum, seu distincto Sacramentum, novum gratia augmentum in tali consecratione ex opere operis conferatur? non est adeo exploratum, ut videantur negari non possit. Quia non iterum determinatio, gratiam Sacramentalem sicut aug. aut de novo conferri, nullibi definitum est, nec ratione adeo innitur, ut oppositum improbable efficiat. Id vi argumenti ex D. Thom. opinione recte deducit, putavit Amadæus.

Pluribus calumniis Paludanum, Armillam seu (ut ipse vocat) Tabienam, Canum, & Cajetanum ad Amadæus asperitos, prop. 2. de Bapt. clamat ubi *supr.* Baronius, fol. 2. 4. sed nullo prius fundamento. Nam omnium verba fideliter ex scripta (quod ipsa non iniciatur) Amadæus refert. Imò Baronius, licet Cajetanum deserat, & Paludanum interdum ponere, tamen opiniones Tabienam, & Magistrum Canum amplectitur, Armillam verò nullam: putat enim eruditus vir Armillam, & Tabienam invenit esse Authorum, cum sint valde diversi: quia Amilla summa est Magister Bartholomæ Fumo, non Iohannes de Tabiena, quem laudat Baronius, & alienis ibidem adductis consentit. Atque adeo evidenter est opinio Tabieni afferens: (Ad hoc quod aliquid determinatum ab Ecclesia, non possit esse falsum, requiritur, quod determinetur, ut pennis ad fidem, dicendo contrarium esse charactem.) Et quod tenere contra determinationem Ecclesiæ, antequam sit, ut suprà determinatum (potest esse haeresi, & sine peccato.) Quas propositiones gravatae dignas censeo. Item adjungit Baronius, Cano defendantem Pontificem posse errare in approbatione Religionis, & in canonizatione Sanctorum. Quod malè audit apud Doctores, quod adducit Amadæus, ubi *supr.*

Deserit tamen, & merito Cajetanum afferentem parvulos, qui moriuntur in utero, salvos fieri abesse Baptismo, sicut & illos, quibus baptizandi, quæ de fecit. Quos benedictione, aut preceptione patrum salvandos putat. Quod docuit etiam ex eadem familia Margarita Confessorum, quam refert Amadæus in editione Matritensi, anno 1664. Quis legitimus est Campanella, teste Baronio, *supr.* fol. 215. & 216. cui quod fidei fidem facit; non vero quoad subsidium, quod pro errore ista opinione ab Eminentissimo Cardinale de Lugo mendicatum refert. Quia nullo testimonio comprobatur, & deinceps. Doctore alienissima est.

Paludanum, ut prædicti, exponit Baronius, quod propositionem illam, quam fidei contractam dicit Suarez apud Amadæum *supr.* tract. de Bapt. prop. 1. quoad subdium, quod pro errore ista opinione ab

hōnum tyronibus etiam est, ut pudeat explicare, licet Baronius cogat: quia nō nomine subjecti, & prædicati propositionis, non intelligit duo extrema, quæ mediacopula illam condant, sed subjectum propositionis note per fidem, inquit, esse objectum formale, ratione cuius intellectus ad assentendum propositionis moverit, & idem consequenter dicere tenetur de subjecto cuiuslibet propositionis, sive per fidem humanam, sive per scientiam notæ. Quod primis iudicamentis Logica contradicit. Hac violenta, & errore vocum expositione Paludanum ab hæresi exculat Baronius. Ab intentione laudandus.

§. VI.

DEnormi D. Thomæ impostura, verbis ex Opusculo suppositio trucidatis, expostulatio est Baronio, pag. 222. Ex eo nimis, quod Amadæus, tract. de punit. prop. 19. in fine. Ex Opusculo 65. D. Thomæ, §. (De cautela in confessione habenda) hec fideliciter scripsit verba: Si infirmus petit penitentiam, & antequam Sacerdos veniat ad eum, sit mortuus, relameris loquelas. Sacerdos habeat eum pro confesso, & post mortem absolvat eum. Faretur Baronius verbis: conqueritur ratiōne de enormi impostura Opusculi, quod D. Thomæ non esse, totis nixibus conatus ostendere: & Amadæum capitur, quod D. Thomæ illud adscriperit: (Non adeo perversi, inquit, aut obſtrū criterii in recensendis Authorum libris Amadæus est, ut nisi excæſſet animum libido carpendi D. Thomæ non posset facile agnoscere illud Opusculum, nec p̄fam, nec erationem, gravitatem, & modestiam Sancti Doctoris respire. Nam ut omittam infinita argumenta: Sicut Doctori omni insolens est, quodcumque convitium, surerbum aperius dicunt, &c. At Sacerdotes, qui aliqui peccant in administrandis Sacramentis, stultos, & fūnos vocat Author illius Opusculi, quod à D. Thomæ ad tolium est, ut ne dicam Sacerdoti, sed nec etiam Atheo substituitur nam voluerit inutilem, contentus opinionem fulmine dāmagē.) Hanc D. Thomæ modestiam Amadæus in toto Opusculo imitatus est. Utinam, & Baronius, cuius liber tot in Amadæum dicitur, probis, & calumnias scatet, ut vel ex hoc configendus venient, nisi præviē vix prima luce potitum, dumadhuc sub prælo esset, velut in utero suffocatæ prohibito. Sanctissimi Nostræ Alexand. VII. in Bulla, Cum ad aures, expedita die 26. Junii anno 1665: propter censuram Sorbonæ, quam ibi laudat, & insertam trahit, non veritus fulmen Apostolicum, quo in præfata Bulla feritur: Neque in libro, aut etiam scripturis publicis, vel privatis illas allegre penam excommunicationis late sententia, cuius ablationem nobis, ac Sedi Apostolica reservamus. Et ita: Insuper libris & opera, in quibus præfata censura quoniamlibet continentur, laudantur, & defenduntur, apostolica auctoritate prohibemus. Quibus non obstantibus, nec opus prælo subtraxit, nec à divulgatione abmituit. Hæc est illi in Sedit Apostolicam reverentia!

Congratulatur vero Amadæus Baronio, quod præstatum Opusculum 65. quod inter D. Thomæ opera circumfertur, alienissimum à D. Thomæ divulgat, & ab eius operibus abrasiū non fuisse, dolet, quod jam præstiterat Amadæus in editione Matritensi, anno 1664. concludens: Quapropter mihi fuisse illud Opusculum non esse D. Thomæ. Sed unde? Ex eo nimis, quod eius Author ad errorem comprehendit, dupli abusus est textu: alio ex dist. 1.

Part II.

M

apud

de ponit. cap. multiplex, in quo contrarium expressum deciditur, ibi: (Quod manens in corpore non reperitur, consequi exurus carne non poterit. Alio ex cap. à nobis, de sentent. excommun. qui omnino extra rem est, quia in illo tantum est termino de absolutione ab excommunicatione, quæ etiam defuncto conferri potest. Ab hac autem non valet argumentum ad absolutionem à peccatis, ut omnes Theologi inconcussum habent. Quapropter jure optimo Amadæus in dicta Matritensi editione Opusculum illud 65. adulterinum D. Thomæ opus judicavit. Et sanè valde miror, quod vel ex hoc absolutionis post mortem delirio, inter tanti Doctoris volumina circumvolui, tot annis PP. Dominicani passi fuerint, & inter dubia fidei Sancti Doctoris opera, illud admiserint, cum circa omnem dubium, ut intrusum excludere, & eradere debuerint.

Sed restat adhuc Baronio querela, quod Amadæus in editione Valentina, anno 1661. (quam postea mendis refert Typographi Lugdunenses è suo prælo evulgarunt) omisit textus supra adductos, ex cap. multiplex, & ex cap. à nobis. Fato, sed non castiganda fraude præterit (ut temerè dixit Baronius) sed quis sententiam referre contentus de Authoris fundamentis, ut de more illi est, non curavit. Et qui dem si es fuisse illi animus, quem per calumniam affinxit Baronius, nempe insidias instruendi Angelico Preceptoris; non omisisset erroris sublidum à practicatis juris capitibus peritum, cum ex illis potissimum, & novum insidiarum caput parare potuisset, non solum sententiam erroris incusando, sed etiam inscitiae arguendo, ut poterit ex duplice juris capite de-promptam; alio expressè contraria; alio rem adducto. Nullius ergo criminis accusari potest Amadæus: nullius ergo excusantia omisit, nec truncationis loci: cum nec Opusculum, nec verba ex illo excerpta finixerit, nec errorem excusantia omisit, sed quæ potius cumulabant.

§. VII.

DEHORIBILI corruptela D. Thomæ, de incestu, & circumstantiis peccatorum confitendis expostulat Baronius, pag. 232. & 233. eo quod Amadæus, tract. de penit. prop. 4. adduxit D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 9. pro opinione afferente incestum esse unam determinatam speciem luxurie, & consequenter omnes gradus consanguinitatis, vel affinitatis, nec inter se, nec hos ab illis specie distinguunt. Unde cum Angelicus Doctor pluribus in locis teneat circumstantias aggravantes intra eandem speciem non esse de necessitate confitendas, planè ex his præmissis deduxit, in doctrina D. Thomæ cum, qui cum matre incestum habuisset, precepto confessionis satisfacere, se accusando deinceps, occultando gradum. Quod trahunt apud Amadæum decem Doctores.

Nihilominus de horribili corruptela supra citati loci D. Thomæ, accusat Baronius Amadæum, his verbis: Infelicitatem reputo necessarium cum hoc homine certamen, cum non tam schola nostra, quam Religionis Christianæ causam ago. D. Thomam nego docere eo articulo quidquam eorum, quæ illi affingit per summam calumniam Amadæus. Sic Baronius. Sed quo jure? Qua fide? Verba D. Thomæ sententiam ferent, cum præmisero pro eadem opinione, quæ Amadæus, referre D. Thomam quam plures gravissimos, tam domesticos, quam extraneos Doctores, inter quos Bartholomæus à Sancto Fausto,

apud Dianam, part. 5. tract. 14. resol. 56. §. Quare sexto, sic scribit: Quia juxta opinionem D. Thom. 2.2 quæst. 154. art. 9. & Cajetanum ibi, omnes gradus consanguinitatis, & affinitatis sunt ejusdem speciei in genere moris, sufficit, ut ille, qui cum matre, vel filia, aut forore carnaliter peccavit, dicat: Commisi incestum semel, aut bis non explicando personam, cum qua peccavit. Et quamvis gravior sit incestus cum matre, vel filia, quam cum forore, vel consobrina; tamen quia ista gravitas auget malitiam intra eandem speciem, non est necessario confitenda.) Hæc Fautus apud Dianam *suprà*. Qui ejusdem sententiam tenet, tum ibi, tum 1. part. tract. de circumstantiis aggravantibus, resol. 31. dicens: *Et hoc opinio D. Thomas magis placet, pro qua adducit Magistrum Nuonum, in Additionibus ad 3. part. tom. 2. quæst. 9. art. 2. dub. 3. his verbis: (D. cendum est igitur cum Nuonio, diversitatem graduum non facere diversitatem specificam in incestu, sed esse circumstantiam aggravantem, quam ego probabiliter puto, non esse in confessione necessario explicandam.)* Et primam hujus sententiae partem: nimurum omnes incestus esse ejusdem speciei, ultra Cajetanum, quem citatum 2.2. quæst. 154. art. 9. sequitur Bonacina, tom. 1. quæst. 4. punc. 16. tenet M. Canus, & M. Sotus, ut testatur Valsquez, tom. 4. in 3. part. quæst. 91. art. 1. dub. 4. num. 10. §. Tertio, dicens: (Quod gradus incestus non differant specie, docent Canus, & Sotus, ubi *suprà*, & existimant esse sententiam Sancti Thomæ, & Cajetani 2. 2. quæst. 154. art. 9.) Quos sequitur M. Joannes de la Cruz in summ. præcep. 6. art. 4. dub. 6. concl. 2. ubi ait: (Inter proximiores consanguineos, aut affines erit gravior incestus intra eandem speciem. Imò in primo gradu gravior erit incestus cum matre, aut filia, quam cum forore.) Nihil ergo affinxit Amadeus D. Thomæ, dum ei adscripsit gradus consanguinitatis, & incestus, nec inter se, nec ab affinitatis gradibus specie distet. Nulla ergo, nedum horribilis, loci corruptelainterfuit, cum hanc fuisse Angelici Praeceptoris mentem, non solum Doctores extranei, sed domestici etiam factantur. Quos si evolvisset Baronius, inauditam sibi sententiam tantopere non exhibuitisset. Nec si D. Thomam legisset.

Sententiam gitur, de qua est sermo, apertam esse D. Thomæ, licet Authores citati suadere sufficerent; eius tamen productis verbis probandum suscipiam. Disput. 2.2. quæst. 154. art. 9. *Verum incestus sit determinata species luxuria:* Et conclusio est affirmativa. Imò supponens ut certum gradus consanguinitatis inter se non differant specie, nullum ex hoc capite contra conclusionem producit argumentum, sed tantummodo ex distinctione inter gradus consanguinitatis, & affinitatis. Quos specie distingui, primo intuitu dicendum videbatur, & consequenter incestum cum consanguinea ab incestu cum affini. Ideo argumentum contra hanc solum partem, sic sibi objicit. (Incestus est consanguineorum, vel affinium abusus, sed affinitas differt a consanguinitate; ergo incestus non est una species luxuria, sed plures.) Cui concessa majori, negat minorem; & inde consequentiam, inquiens: (Ad secundum dicendum, quod persona affinis conjungitur alicui propter personam consanguinitate conjunctam, & ideo quia unum est propter alium, ejusdem rationis inconvenientiam facit consanguinitas, & affinitas.) Sic D. Thomas. Quod tamen non tollit intra eandem speciem gravius peccatum esse incestus cum matre, quam cum forore, & hunc quam cum forore uxoris. Quod ad-

notavit Cajetanus, Angelicum Doctorem sequitur. §. (Ad secundum vero,) ubi ait: (Verum est hujusmodi incestus differe secundum gravitatem absoluere, quia gravius est secundum peccatum incestus cum forore, quam cum forore uxoris, sed hoc non sequitur diversitas specifica: graviusque est furoris mille, quam decem, & tamen non distinguuntur specie. (Et infra,) Ethinc habet, quod peccatum carnale commissum cum consanguinitate ejusdem, est speciei cum commisso cum affini. (Iu- que non oportet te in hujusmodi circumstantiis diversitate sollicitari de necessitate.) Similiter ergo incestus cum matre, gravior est, quam cum forore, quia cum matre conjunctus est filius immedio, & se ipso, cum forore autem ratione parentum, & quod eadem sit utriusque origo. Unde perlineat, ait D. Thomas *suprà*: (Cum non conjungantur persone ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex se ipsis indecentiam.) Ac prouide peccatum incestus minus grave est cum forore, quam cum matre: & cum forore gravius, quam cum matre, quia uxori fratri non est conjunctus parentem ad ipsam, sed propter fratrem consanguineum sibi conjunctum. Unde prouenit, & quod in eadem specie una indecentia minor sit alia, & quod eadem profusa ratio, qua D. Thomas probat, incestus inter consanguineos, & affines non difficit specie, potiori jure probet, nec incestus intra gradus consanguinitatis inter se, sicut in neque etiam inter se, ait.

Hæc ex D. Thoma observat Cajetanus, ubi *suprà*. (Ad evidentiam) propè finem. Quidam, inquit, naturalis reverentia conques per se, & immediatam conjunctionem carnalem personam: & hæc est inter parentes, & proles. Quidam vero est, quæ consequitur conjunctionem carnalem per se, & immediatam, sed mediae compunctione in parentibus, seu filiis, & hæc est inter relatas personas tam consanguinitatem, quam affinitatem conjugantes; nam nulla tales per se ipsas justificantur, secundum carnem, sed mediante parte, auctore, seu filio, aut filia, ut pater discurrendo.) Con ergo conjugi immediate, & mediante alio, testantur per se, vel per ordinem ad alium, ad eandem speciem pertinere, in doctrina D. Thomæ; consequitur plane, incestus omnes intra gradus consanguinitatis inter se ejusdem esse speciei, non minus quam incestus intra gradus consanguinitatis, & affinitatis. Et saepe si ita non esset, falsa postulat conclusio, incestus esse determinata species luxuria, & non plures. Nam licet consanguinitas, & affinitas unam speciem conflare; gradus tamen consanguinitatis inter se, plures species constitutus, quod est aperte contra D. Thom. quia, ut contra ex secundo argumento, eam negat consequentiam. Ergo incestus non est una species luxuria, sed plures. Doctores mentis prolixius examinare libet, ut et hilius innotescat bona illa Baronii fides, qua de honestibili D. Thomas corruptula Amadeum accusata, cum genuinam eius mentem cum aliis Thomistis, & via doctissimis exprefserit.

Semel autem statuto incestus, omnes esse ejusdem speciei; cum in sententia D. Thomæ, non sit exhibatio confitendi circumstantias aggravantes tam eandem speciem (ut tradunt celebriores Thomisti, & apertis D. Thomæ testimonitis comprobat Amadeus, tract. de penit. prop. 17. num. 3. & tract. de matr. prop. 5. num. 2. & 3.) ex utraque præmissis denter deducitur conclusio, quam veluti D. Thomæ ad-

veniunt plures, nemp̄ eūm, qui cum matre incestum
committit, satis facere, se acciūando de incestu occul-
tando gradum. Unde concludo, nec de incestu, nec
de cīcūstantiis peccatorū confitendis, Ana-
deum D. Thomā quidquam imposuisse.

§. VIII.

De alterius D. Thomā loci corruptela, non me-
diocula fide expostulat Baronius pag. 232. ex eo
scilicet, quod Amadæus tract. de p̄nit. prop. 4. tde-
litter excepit referat D. Thomae verba ex opusculo
angelino quarto, s. Complacētā habita in me-
moria peccati, ubi Angelus Doctor sic scribit: (Si
autem rememorando mala p̄terita, quae fecisti, non
habes dolorem, sed potius delectationem in eis, &
propter hanc delectationem facis morām, bidem,
non credo expedire, quod species ipsa peccata re-
memorata, si alias integrè confessas es ea. Et si non
habuisti aliquid, quām delectationem in mente, suf-
ficiat dicere. Mīhi venerunt in mēmoriā quādam
vindicta, vel iñjūria, quās feci; vel quādam pecca-
tāgravia, que committi, de quābus non solum non ha-
bi dolorem, sed de his cū multa complacentia co-
givisti.) Hacenus bi. Quā cum non inficietū Baro-
nius in Opusculo citato reperit, nec verbum aliquid
suppeditum, neque additum fuerit, nescio cur loci
corruptela in syllabo appeller? nec cū calumniam
in libro? (Sed quis, inquit, erit rāndem calumniarum si-
na, fragrā id ab Amadæo p̄serem? Superiorē nō rā cumu-
lat in falso principio. Vbiq̄e obrudit Opusculum sex-
agnumq̄ntum, adulterium D. Thomae opus, ut supra
demonstratum est, &c. Do lubens Baronio falso
nō principiū illud esse, utpote ex quo, nec spe-
cies peccatorū confitendas deducit. Et benē
ipsi paulo infra sit: Capitaliter adversari principiū a-
pud D. Thomam inconcuso, actus qualescunq̄ ab eo quo
indat, obiecto, speciem fatere. Quapropter merito
Opusculū, in quo continentur, adulteriū nō vo-
cat, & ab operibus D. Thomae erādendum censet.
Sed hōmē non adverit Opusculū nō esse opus-
culū sexagnumq̄ntum (quod supra nō esse
D. Thomā a se demonstratum dicit,) sed sexagis-
num quartum. Unde duo jam Opusculū quā inter al-
iū D. Thom. opera cīcūstentur, ex Baronio ha-
bemus; nec in dubia fidei habenda, sed ra-
dictus ēvēlenda, & aboleenda esse. Sit ut velut. Dūm
in posterū non in Amadæum, sed in Authōrem
Opusculū, & in eos qui inter D. Thom. opēta in-
serunt, virūs evomat.

§. IX.

De jure eligendi confessarū mala fidei citatos
Cajetanum, Serram, Sotam, & Sylvestrum,
conqueritur in syllabo Baronius. Sed ex his Authōribus, nec Cajetanum, nec Serram refert Amadæus,
secūrū mēminit. Imō nec Baronius ipse fol. 244.
& 245. quo se remittit. Igitur Amadæus tract. de p̄nit. prop. 16. pro opinione afferente Curatū ex Con-
suetudine posse simplicem Sacerdotem ab Ordinatione non approbatum in confessarū eligere, adduxit
Magistratum confessorum, Lefdein. Panorm. tātum.
& Legam. Item Sylvestrum verbis ejus fideliter re-
lati, & Magistrum Dominicū de Soto in 4. dist.
13. quāst. 4. artic. 2. §. Similiter & omnes, ubi sicut
Cīcūstude habent, ut possint sibi eligere confess-
ores, praterquam in casib⁹ reservatis. Quān verō &
uariis simplicib⁹ Sacerdotes cādem gaudent facultate, ut si-

Pars II.

bi promiscuē quēcumque eligant Sacerdotem. Quapropter, & cūcumque de Religiosis confiteri possunt, quamquam
ejusmodi Religiosus nec sit expōsus ab Episcopo, nec à suo Pre-
lato.) Et in frā. (Quod si quis nobis, contra id quod de
confuetudine diximus, cap. si Episcopus objiciat,
ubi habet: nullā confuetudine induci posse, ut
quisq; absq; licentia sui superioris confessarū sibi e-
ligat: Respondeatur nudam consuetudinem contra illud prae-
valere posse. Sic Sotus suprā in editione (qua utor)
Methyā à Campiā, 1579. Stetit ergo aperte si mē
Sotus, pro opinione, cui Amadæus, & alii Lectores
adscribunt. Pro eadem adducitur ab Anonymo Gal-
par Hurtado disp. 10. de p̄nit. diffērēt. 12. sed non be-
nē: quia ibi tantum falsū Curatū, & alios Sacerdotes
posse ex jure cōfītudine introducto, eligere sibi
confessarū, nō verō ait, quod possint eligere sim-
plicem Sacerdotem, sed sicut conceditur, inquit:
Accipientib⁹ Bullam Crīciātā. Et nullib⁹ docet p̄fā-
tam consuetudinem concedere p̄dīcīs facultatem
eligiendi confessarū ab iū. restrictione aliqua, quod
necessariū erat, ut pro Soto sit. Et dicitur.

Cōterum hēc sententia, cūjūcūmque fuerit, sub-
stinetur non potest, & inānis esset dēcīsio in cap. Si Episcopus, si confuetudine induci posset, ut quis, absq; licentia Superioris, confessarū eligere posset, cum id ipsum in eo capite negetur. Praterquam quod adveratur etiam Tridentino, sess. 23. cap. 15. in quo
exp̄tē decernit, nūllum etiam Regularēm pos-
sē confessiones secularium, etiam Sacerdotum, au-
dīre, nūllū aut Parochiale Beneficiū habeat, vel Episcopi approbationem: & privilegia, & consuetu-
dines quācumque etiam immemoriales revocantur.
Quāp̄tē p̄fātam sententiam, ut mīnimum tan-
quam scandalosam damnavit, & prohibuit. S. N. A-
lexandri VII. die 24. Septemb. anno 1665.

§. X.

De calūnia in D. Thomā de institutione Eu-
charistie, condoleat Baronius pag. 253. ex eo sci-
licet, quod Amadæus tract. de Euchar. prop. 6. num. 6.
ad duxerit verba D. Thomae negantū Sacramētū
hōc institutū fuisse post benedictionem panis, ibi:
(potest, inquit, intelligi concomitātia, ut sensus sit:
dūm benediceret, frangeret, & daret, dixit hēc ver-
ba: Accipite. &c.) Cum tamē ex Tridentino cohēt: (Hoc tamē admirabile Sacramētū Redemp-
tōrem nostrū institutū; cum post panis, vīni, q̄, be-
nedictionē se suum ipsius corporis illius p̄bēre, &
suū sanguinem, dīscītis, & perfīcītis verbis testa-
tus est:) In his locis referendis, fālūm non commi-
fit Amadæus, nē mīnūs ex D. Thomā, quam ex Tri-
dentino formalia excepit verba: Unde non est eū
iū potius, quām alteri calūnniari dicātur. Licet D. Thomā vīto verti non posset, quod ante Tridenti-
num, ut supra opinātū fūisset; variā tamē & probabiles expositiones loco citato Doctores adhibēt: Quābū suā adjungere non dubitavit Baronius, dī-
cens: In actū exercitū institutū & confessum fuisse Sa-
cramētū hoc benedictionē, & in actū signū fuisse p̄-
ceptū se imitāndi. Cōterum cūm institutio, & con-
fessio Sacramētā & cūm exercitū involvant; & ex
Concilio cohēt: post benedictionēm panis fuisse
institutū, non facile percipit, quomodo in actū
exercitū non post benedictionēm, sed ipsa benedi-
ctionē, institutum concomitātē dici possit;
quām Concilio contrāveniatur. Sed
de his alibi:

M 2

§. XI.

§. XI.

De alia calumnia in D. Thom. de confessione facta Laico (de qua sermo est apud Amadæum, tract. de Euchar. prop. 1. num. 4.) expostulat cum illo Baronius pag. 254. Verum cum Amadæus formalia Divi Thomæ verbæ referat, nullaque fraus interveniat, nulla malitiosa interpretatio, nulla mendax informatio, capere non possum, cur Baronius veram, & fidem verborum excriptionem calumniam blateret. Sensus D. Thomæ apertissimus est, confessio nem in casu necessitatis posse fieri Laico deficiente Sacerdote, & hujus defectum Deum supplere, non quoad valorem Sacramenti, quia Laicus absolvere non potest, sed quod est & unum gratia justificantis. Tribuit itaque huic confessioni, quod supra reculimus, attributum confessioni, bona fide facte non Sacerdoti ex defecitu Baptismi, & quod Baptismo de ficiente intentione baptizantis. Quod pietati, non ratione innatur.

Exponit D. Thomam, Baronius cum P. Nicolai, dicens: Non esse mentis D. Thomæ parem statuere necessitatem utriusque Sacramenti; videlicet, Baptismi, & Penitentiae; quia Baptismus non solum adultis, sed etiam parvulis confertur, qui cum remedium supplere nequeant ullo modo, quod ab absoluere est necessitatis, & idem conferri potuit à Laico. Penitentia autem ad adultos pertinet, quam cum supplere possint interno dolore, non est pars necessitatis confitendi Laico, &c. Quamvis in signum quoddam Christianæ professionis, praedita confessio fieri posset, facio discrimen, sed expositio non ad rem: quia nullibi Amadæus adscriptus D. Thom. quod parem utriusque Sacramenti necessitatem fecerit, nec quod necesse sit confitendi Laico, deficiente Sacerdote, sed quod confessio illi fieri possit. Quod admittit Baronius cum P. Nicolai; licet uterque omisserit, quod D. Thomas addit. Deum supplere defecitum Sacerdotis. Quem sequitur Raynerius de Pilis, cuius verba adducit Amadæus *toco citato*.

Quod de confessione lethalis ante Communio nem tradidit Cajetanus, omnibus notum est. Quod autem Amadæus justè illum accuset, tract. de penit. prop. 2. non inficiatur Baronius fol. 357. Sed Amadæus ad rem, quam ibi agebat, id non conducere, contendit. Sed quidem cum ille offendere intendisset, laxorem esse Cajetani opinionem negantem obligationem confitendi mortalia ante communio nem, quam aliorum negantem obligationem confitendi peccata dubia, non fuit alienum ab hac questione alterius meminisse.

§. XII.

De Sacra ficio Missæ D. Antoninum, & Sylvestrum falso citatos, claimat Baronius pag. 60. Mirabile dictum! Concedit D. Antonini, & Sylvestri esse verba, loco, & capite ab Amadæus citatis; & tam falso citatos dicit. Quis intelliget? Ad rem ergo, impensis Anonymus Pat. Layman opinionem falsam & scandalosam Amalazii dicens, assistentem sacro ab Offertorio usque ad benedictionem (ac proinde nulli) Evangelio) satisfacere præcepto. Vindicavit Amadæus & suam, & impostura Anonymum inclusivit. Et ubi ibid. tract. de Sacrif. Missæ, prop. 5. quæsivit. An saltem præcepto sat saceret, quod omnino primo Evangelio assisteret ab Offertorio usque ad ultimum Evangelium inclusivæ; Et postquam pro

parte affirmativa adduxit M. Zanard. Fidum, Dolnam, & alios, ait: Eis favere D. Antoninum, dandi lethali excusat, non assistentem ultimo Evangelio, quia secundum M. Acacium, & alios, sufficiunt Evangelium audire, aut primum, aut ultimum. Quia et si cum formidine le quirus illi Layman sit, sicut aum oppositum duriusculum videri, dicit (ad hanc enim opinionem verba ejus diriguntur, ut ex contextu colligitur.) In hujus igitur subfidiu, viagone, D. Antoninum & Sylvestrum Amadæus adiuvant, contendens ex illorū principiis exigentibus ut tale omnionem dimidig, aut tertia pars diligenter post lectionem Evangelium minus quam tertiam partem, ut quam ferè dimidium omittit, ac promideat. Dimidiat lethalis culpa accusari potest. Sic arguit Amadæus, quod Antoninum, & Sylvestrum ab ea fentur non nulli alienos ostendat. Parvi feci Baronius Domincum, alios viros doctissimos, M. Zanardum, M. Acacium de Valasco, & M. Nunno, quos excusat dicit apud Amadæum paucis retro linea prelegat, & de Amadæo actum putavit, si D. Antoninum, & Sylvestrum vindicaret, non quidem à falso cum in falso prædixerat) quia & locum, & verba Amadæus fideliter refert, sed à consequentia, quam expupi ab his jaçet, pro aliis Dominicus fuisse & cuiusse putavit, censens, & incribit, post lectionem Evangelium primum, ultra duas Missæ partes, sicut ultimum inclusivæ superesse. Devo Sacerdotibus dices fuisse.

§. XIII.

De simonia malè citatum Cajetanum 1. 14. 100. Part. querela est Baronio pag. 68 & videlicet in illo excerpta adducit Amadæus tract. de penit. non negat Cajetani esse. Nullum, inquit, verba citandum, quæ ex illo refert Amadæus, sed diversa præsumunt quæ statim adducam. Præmissis non sit, ut hanc non potuit nisi verba fingeret, id est malum indebet, quād mēdaci, aperte convincit. Inquit vero Scyllan, dum nullum verbum eorum, quæ Cajetano refert Amadæus, in illo reperiuntur, ut in ditione Producam iterum, ut in editione Veneta anno 1595 continentur. Et claritas gratia præmissa, probatur apud Amadæum, ubi supra est: ac ex alio præfeso obligare ad aliquid temporale præsumit, aperte confendum sit simonia. Negantibus, quærum opinionem, vi consequente, adduxit Amadæus Cajetan. ex verbis illis. (Exposito velle, non obversare de spiritu, quia pactum non murat materiam & &c.) Quo principio probat Cajetan. (in Amadæo) posse in pactum deduci, quod recipitur per modum stipendi, vel sualtementis, possit, & similariter prædicto de illo, quod per modum liberalis doni. Hinc sequentiam deducit Amadæus, ex supra dicto Cajetani verbis: Quæ Baronius non formidat negare, cum quæstio facta esset, & facile convincere posset. Recolat iterum, quælo, & statim locum, 2. 2. ad 100. art. 2. in comment. & hoc inventus: (In art. 2. 2. 100. 4. simul dubium occurrit, an stipendum futurum, rationis sub pacto ponere licet a Sacerdotibus, Peccatoribus, Divinque cultus Ministeri?) Evidenter dubium, quia partem negativam omnia iura clamat, p. a. ejusmodi exterm. nuntia, & punitia. & punitia. &c. Pro parte autem affirmativa, inquit, pugnat, quæcumque rato ab Ecclesia approbata. Ratio deinde suffragatur; & quænam velle stipendum sualtementis, non satis reprobabile pro spiritu; ergo ex pacto velle tale stipendium.

§. XV.

venire venderem spiritualia. Prima consequentia patet; quia patrum non mutat materiam actuum, eadem namque est materia donationis, & venditionis, si vas argenteum donatum datur, vel venditur, & propterea si absolute velle spiritualium sustentationis, non est velle temporale pro spirituali: ergo velle idem ex pacto, non est velle temporale pro spirituali, quod effet vendere.) Hæc Cajetan. Ex quibus infert Amad. licet etiam ex pacto velle aliquod temporale pro spirituali ex gratitudine conferendam (ex pacto scilicet amicitia nullam obligationem inducere, sed exprimente, quia jure naturali est. (Nam si absolute velle temporale aliquid permodum gratitudinis, ut omnes fatentur, non est mutatio: (Ergo velle idem ex pacto non est velle temporale pro spirituali, quod effet vendere.) Quod probat Amadeus veribus formalibus Cajetani. (Consequentia patet; quia patrum non mutat materiam actuum.) Ex his duabus propositionibus unam conflavit, & tandem Cajetani propositus. (Ex pacto velle, non est vendere spiritualia, quia pactum non mutat materiam actuum.) Quæ duas precedentibus includit, & distinxi solum est, quod Cajetanus dixit: *Velle ex pacto. Amadeus vero: Ex pacto velle.* Ex quibus innotescit Baronii fides, ubi supra dicentis, quod Cajetanus: *Nulum verbum habet eorum, quia ex illo refert Amadeus.* Utriusque credi: expendat lector: judicet. Mor tam valde, ut de solo Cajetano vindicetur, Baronius fuit sollicitus, & de Magistro Soto, M. Serra, & M. Joanne Martinez de Prado (quos pro eadem sententia Amadeus adducit) non curaverit.

§. XIV.

Peresper accusatum M. Sotum (ait Bafonius pag. 270.) quod docuerit, licitum esse ad baptizandum puerum, cum alia via non suppetat, emere ipsius sacramentum & gratiam sacramentalem. Cuius sententia ex Suarez improbabile vocavit Amadeus, tract. de simonia Prop. 9. Quos proinde Baronius reprehendit, dicens: *Vel nulla, vel certe levius est culpa sui, ut non debetur ejus opinio, ut improbabili omnino, pro Suarez damnari ab Amadeo.* Imò Sotus illam probat validis argumentis contra Cajetanum quibus respondendam erat Amadeo. Verum cum Amadeus disputatione non erigit, ejus muneris non fuit, aliorum sententias argumentis refutare, sed ut ad scopum faciebat, referte. Praterquam quod satis hanc rejecit, dum ei opposuit D. Thomam expresse contrarium in 4. sed. dist. 25. q. 3. art. 1. q. 1. ad 3. ubi ait gratiam non posse ullo modo vendi. (Nec super hoc voluntas deliberata emptionis cadere potest.) Et expellit in terminis rem attingens 2. 2. quiesc. 100. art. 1. Ad 1. argumentum: Quod ejusmodi erat. (Licit, ut videatur, in aliquo casu dare pecuniam pro Baptismo, puta quando Sacerdos puerum morientem, sine prelio baptizare non veller; ergo non semper est illicitum emere, vel vendere Sacramenta.) In hoc casu, quo Sotus dixit, licitum esse emere Sacramentum, negat expresse D. Thom. his verbis: (Ad primum dicendum, quod nullo modo est peccandum: pro eodem est habendum, si Sacerdos absque prelio baptizare non velit, ac si non esset qui baptizaret.) Non ergo petperam Amadeus Sotum accusavit, nec levius aut nulla fuit ejus culpa in defensione D. Thomæ sententia, quam vi jurementi, sicut & Baronius, sequi tenebatur.

PART II.

Sicutum malè explicatum à Sanchez, & Amadeo, expositulat Baronius pag. 271. dicens: Et Sanchez eximit à simonia eum, qui primum dat, ut quis intercedat apud Collatorem Beneficii, quod tamen ipse conferre negat. Quidquid sit de propositione apud alios; certum est falso illi advocari Sotum in patronum à Sanchez, cuius errorum sequutus est Amadeus, cum dubius sit corriger. Duo hic aperit falla, 1. Quia Sanh. nec ex illo Amadeus, eximit à simonia dantem alteri primum, ut intercedat apud Collatorem Beneficii; sed tunc cuiusdam tertio, ut intercedat apud alterum, cui non incumbit conferre, neque eligere, nec presentare: imò nequit Sanchez affirmari, et si probabile purerit: *Licit hoc (inquit) probabile sit, probabilitus est esse probatum.* Itaque neque pro intercessione mediata aliquid conferre, vel accipere per modum pretii, excusavit à simonia P. Sanch. nec ex illo Amadeus 2. Quia neuter, ne ut probabilem quidem admittit sententiam de pretio pro immediata intercessione apud Collatorem Beneficii, quam probabilem putasse M. Soto, dixit, et si cum formidine P. Sanch. apud Amadeum, tract. de simonia, prop. 2. n. 2. eò quod contrarie, quam sequitur, dicit le libentius sensum probare. (Unde videtur, ut Sanchez probabilem reputare hanc sententiam.) Nec aliger in ejus patronum Sotus advocatur: certum est enim contraria defendere, ut verba ipsa, quibus aliam probabilem invenit, præferebuntur. Quod si velit Baronius comparativum illud libentius apud Sot. non comparativè usurpandum, sed adversativè, ac proinde auctoritate Sot. nec ut probabile defendi posse, licitum esse pro intercessione immediata pretium conferre, vel accipere, libenter subscribam, dum hæc solutio Jesuitis, cum locus occurrat, suffragari etiam possit.

§. XVI.

Cajetanum etiam falso citatum de excommunicatione inferentis manus violentas in Clericum, dolet Baronius pag. 274. & 275. & actum de Amadeo, ut potest de falsarii crimen aperit convictum, sibi blanditur, negans esse Cajetani verba quæ ex illo excerpta scribit, tract. de censuris prop. 4. Quare refert, inquit, ex Cajetano excommunicationem non esse latam, nisi ieius pertigerit ad Clericum, fraude non caret: tractatio de excommunicatione est apud Cajetanum longissima, & diffunditur ultra summarum per 76. capitula, nec locum, nec numerum annotat, quo extens verba relata, ne plagiū reprehendatur. Certè siue hic scripsit Cajetanus, legerentur cap. 10. contra manus violentas: illud legi, & re-legi & nihil horum verborum reperi. Ergo commenta sunt. Doleo hominis aulim, & quod tam levi manu. Autores etiam suos, & eorum Principem evolvet. Verba, quæ Amadeus adducit, sunt expressa, & formalia Cajetani verb Excommunicat. non vero extant t. 10. contra manus violentas, quod se legisse, & re-legisse jactat Baronius, nec in illo ex 76. capitibus, per quam tractatio de excommunicatione diffunditur, sed inter ea, quæ ad omnia capita de excommunicatione communia, Cajetanus præmitit. Sic ibi leges. (Ante omnia circa intellectum excommunicationum, sive à jure, sive à iudice sunt, prænotanda sunt duo.) Personam, factum, & actionem. (Oportet autem, inquit, seire quod ex parte termini actio excommunicationi subiecta intelligitur consummata. Itaque regulariter loquendo, nisi actio illa sit consummata, non

M 3

est lo-

est locus excommunicationi. Post hæcigitur immedieatae subnectit, quæ ex illo fideliter refert Amadæus. Attende. (Unde quantumcumque conetur aliquis percutere Clericum lancea, sagittis, lapidibus, nisi lanceæ, aut sagitta, aut lapidis ictus pertingat ad Clericis personam, non incurrit excommunicationem latam contra percutientes Clericos; quia manus violentæ injectio non est consummata; consummatur enim tactione ipsius Clerici, & non alteri, & sic de alii.) Hæc C. jetanus in summ. verb. Excommun. in editione Parisiensi anno 1530. & in Salmanticensi anno 1571. & in Veneta anno 1584. & in aliis quas viderim. Quid ad hæc Baroniūs? Obmutescat, vel linguam fatem coercent, & nullum temeritatem faciat. Inest, & formicæ, & serphobilis.

§. XVII.

Maledicatum M. Serra pro opinione excusante, à denunciatione solicitantis, eum, qui non potest probare, assertit Baroniūs pag. 281. & 282. Sed oppositum contabit legenti Amadæum, tract. de fide prop. 4. formalia verba Magistri Serra adducentur ex 2.1. quæst. 76. art. 3. in fine, ubi de denuntiatione, & de accusatione idem dicendum tradit: certissimum autem est neinimem teneri accusare, si probare non possit. (quod diximus, inquit Serra, de accusatione, dicendum est de denuntiatione, nam denuntiatione debet esse justa, talis autem non est, si crima falsa imponat, aut occulta proponat, quæ nullo modo probari possunt.) Et licet questione 68. sequenti art. 1. dub. 1. ex professu disputans: An idem de denuntiatione, & de accusatione sit judicium? In oppositum inclinare videatur; cum post secundam sententiam affirmativam multis probatam, concludat dicens: (Mihi tamen prima securior videtur.) Quamvis inquam, hæc ita se habeant (quibus innixus Baroniūs male citatum ab Amadæo dixit) nil tamen obstant, nec Amadæus illa prætermisit, sed verbis his adductis, inconsequentia redarguit. (Quomodo inquit securior?) Si justa non est denuntiatione, quando delictum probari non potest; Quomodo securior? Nam ut ipsemet Serra eadem quæst. 68. eodem art. 1. dubio sequenti 2. de denuntiatione delicti loquens, ait: (Necessarium est, ut crimen probati possit; si enim crimen omnino est improbabile, non solum contra charitatem, sed etiam contra justitiam peccare, accusando, vel denuntiando lœserem, nam hoc ad nihil aliud desertere posset, quam ad infamandum lœserem. Hæc in M. Serra, & merito ubi supra Amadæus, ut indè ejus inconsequentia manifesta fieret. Nam licet ad illum pro contraria sententia referendum, satis esset in quæst. 67. præcedenti, illam tenuisse, & in quæst. 68. probabilem judicasse; dum alteram securiorem vocavit; nihilominus, & inconsequentiam notare non prætermisit, ut ex professu ejus mentem indagasse ostenderet.

Sed modo locorum ordine attentiū inspesto, & re melius considerata M. Serram excuso, quia supponitur judico verba illa (Mihi tamen prima securior videtur,) quæ post secundam sententiam ab ipso probatam adjecta forsan à revisore fuerunt. Moveor, quia in triplici loco supra citato rem attigit, quæst. 67. art. 3. q. 68. art. 1. dub. 1. & ibidem dub. 2. in primo, & tertio loco apertissimè tradit non teneri nec posse denuntiare, quæ non possunt probari, & in secundo intermedio, dicit securiorem partem contraria. Incredibile autem est tam brevi tramite sententiam retrahasse, & in retractatam iterum abiisse:

tum etiam, quis sententiam negantem in hoc fecit, do loco multis suis, & ad argumenta contraversit, spondit, cui non bene cohærent verba illa in fine, & traditæ contradicunt. Sed quid immoror; cu hanc sententiam plures Dominicani apud inuidos defendant, quos Baroniūs vindicant non curant.

§. XVIII.

In eodem tractatu de fide, falsò accusato Amadæo, prop. 11. Nicolaum Jansenium, & Combeffum, dicit Baroniūs pag. 284. Amadæi crimen, quod cum adduxit sicut Nicolai Jansenii formula verba assertis: (D. Thomam electum esse, cu Spiritus Sanctus ad aures insidet, como (sobrinus ingredere) Paulus) sic exposuerit, quia Paulus, ut discipulus D. Thomæ scholam, & non possum Magister ingressus fuerit. Quod inquit Baroniūs: Nescio an plus inopia respiciat, quam malignitatu. qui p Paulus D. Thomam scholam dicitur sicut Nicolas in ipsa pse, patius ut discipulus quam ut Magister. Sit etsi debet ut sicut diceret D. Thom. ingressum suis scolam D. Pauli, non è contra: impropter enim dicendum, D. Thomam ingressum Cajetani scholam, cum discipulus, ille Magister sit. Solutionem hanc non ignorabit Amadæus, sed maluit (ut reor) inopia, quam amentia redargui. Si enim hujus florentinæ scholæ Paulus Magister esset, opinio omnes, quæ D. Thomam adscribuntur, sententia D. Pauli ducendæ forent, tandemque operibus D. Thomæ, & D. Pauli prestandam fidem, discipulos inde conturto stiuit. Hæc, & alia absurdæ cupientem vitæ charybdis in seyllam incidere compulerunt. Sed utrumque monstrum vitandum.

Sicut & Jansenii verba, ita & Combeffii fidet excepit refert Amadæus, quæ non inficiantur dicitur: dixit enim Combeffus loco ab illa citato Paulum una cum Petro individuali, una formali, & in Cathedra, cuius successio sit penes Pontifices, i.e. patrum. Quæ sententia alia non est ab ea, quia Arnaudus quidam in Gallia tenuit, de Sanctis Petri, & Pauli, duobus simul Ecclesiæ Capitibus. Quam hæc eos dannavit Ieronimus X. Non inferior ipsum Combeffum ad finem sui operis, post Notas ad Orationes, metri, definitiones Pontificis inharetur, & le ipsam explicare contendere, ut Arnaudi sensum excludat. Ob quod laudandus venit, five sententia remata sit, five incongrua exposicio. Extra rem vero omnino est, quam Baroniūs adducit, dicens: Combeffus non feci. Paulus Petri consortem pontificis ordinaria cui successerint Pontifices Romani, sed sapientia, & palma martyrii, atque illius gloria. Confero, quia, Baroniūs verba cum relatis Combeffio, & sententiam contradicitorum reperies. Sic alibi alios exponit.

CAPUT IV.

Locis, quæ de charitate fallata obicit Baroniūs, satis.

Pag. 296. De officiis charitatis criminatio fallata Cajetani. Pag. 297. De desiderio mortuæ alienæ setu in alienum fum detortu.